

Hispalen Decimorum.

Rer. Patet. Venerabilis Societas IESY est, & debet dici mendi-
cantes, non solum, quoad dominos professas, sed
etiam quoad Collegia, ad quod reduci viderur tota concertatio, li-
cerentum collegia fundentes, cum redditibus, tamen natura sua sunt
vere mendicantes, ex quo nihil habent proprium de quo possint di-
sponere, sed a Propositio Generali recipiunt, quod sibi videtur ero-
gandum pro illorum sustentatione, & necessitatibus, qua clargitio
est incerta, cum non possint dicere Scholarcs, seu collegiales, se ha-
bere aliquid certum pro certo vnu, videlicet, vnu, vestitu, fabricz,
aut similibus, & incertum dicitur, quod dependet ab alieno arbitrio,
aut voluntate, & non habet certam quantitatem, aut mensuram,
Cf. causas 15. 23. 24. 21. & 22. & in hoc consistit substantia, seu es-
sentialis mendicitatis, quando videlicet nihil habent certi, & pto ne-
cessarijs debent stare parati ad mendicandura, aut per modum publi-
ci quæsitus accipere a Generali, mendicantes enim dicuntur illi quan-
do vicuum præbet incerta mendicitas cap. 1. S. confirmatos derelig. dom.
glos. in cap. unico de excess. Pralat. lib. 6. & in cap. querundam in verb.
mendicantes de elect. in 6. Rebuff. super concord. de reg. ad Pralat. nom. in
verb. mendicantibus.

Idemque dicendum est de his, quæ retinent Scholarcs ex permissione
superiorum, quia non habent vsum, nisi dependentem à voluntate
superioris, quod confirmatur paupertatem religiosi, ut in hac Societa-
te ex bullâ Greg. XII. firmavit Rota in Bononien. successionis de Lanja,
17. Maii 1641. eoram Reverendissimo Domino meo Bichio data in ultima
responsione, & hoc est conforme, regulæ Societatis, quæ licet in
initio foundationis collegiorum opus habuerit possessionibus tamen
natura sua fuit in ipso principio constituta in vera paupertate, & mendi-
citate, etiam quoad collegia, quia de dictis possessionibus omnino
necessariajs pro studijs, & sustentatione scholarium non possunt dispo-
nere, quod est abdicativum dominij consistentis in Iure, & potesta-
te de re propria ad libitum disponendi, quia rei sua vnaquisque est
moderator, & arbiter. *L. in re manata C. mend.*

Propter quam rationem declarauit Sacra Congregatio, quod non repu-
gnat mendicitati sub qua viuant fratres Sancti Francisci de ob eruan-
tia habere legatum perpetuum pro expensis Capitularum Genera-
lium, quæ declaratio fuit, etiam ab Urbano VIII. approbatæ ea ratio-
ne, quia huiusmodi legata habent per modum elemosinae, & non
possunt ad illa agere, ut benè *Did. de Cea in thes. terri sanct. lib. 1. cap. 8.*
S. sexto, quem sequitur *Sanct. de Mels. in comment. ad frat. & consit.*

. S. Francisci cap. 6. sct. 9. ad finem uerseleemosynā perpetua , quod bene conuenit collegijs , quia non habent dominium , nec administrationē vti de rebus proprijs ; imo , nec habent sigillum , arcā communem , aut faciunt collegium inter se , sed omnia dependent à natu superiori . nisiquā nec etiam habet dominium quod potius est penes Christum , seu Ecclesiam vniuersalem , vel penes Papam . Rota decis . 81 . num . 10 . par . 5 . ret . neque enim possunt habere , non solum , quoad dominium , sed nec etiam quoad vsum alteri , quam à regula prescribitur . Natur . de ref . lib . 3 cap . 1 . nu . 176 uersem in alia ratione Rot . decis . 414 . num . 36 . p . 6 . in recente . Vnde cūm regula tollat dominium , & administrationē collegijs , & Præposito nedum dominium , sed etiam vsum in propriam utilitatem , & necessitatem ; hinc sequitur , quod huiusmodi bona , non repugnant mendicitati , & paupertati ab initio constitutæ in hac religione ex sua primæua regula , quæ omnia voluit dependere a largitione , & concessione Generalis , vt patet ex bulla Pauli III . 25 . S . 11 . & Iulii III . 9 . S . 10 . & 11 . ibi retenta per Præpositum gubernatione , & administratione vsumbus , & necessitatibus ipsorum scholasticorū applicanda , sic tamen , vt neq . ipsi studentes possint dictis bonis abuti , nec Præpositus , nec Societas professa in proprios vsls conuertere possit . Nec obstat , quod domus professæ , & collegia sint diuersæ naturæ etiam quoad mendicitatem , quam obseruant illæ in maiori perfectione , quod non sic est in collegijs , quæ fundari non possunt sine possessionibus , quia hoc prouenit ex natura rei , dum non possunt teneri studia publica , cum professoribus ad legendum , & scholaribus sine necessarijs , ad tale opere vsum , & vestitum magistrorum , & scolariorum , quæ si posset in totum deficere , necesse esset deferere studia : ideoque est permisum habere possessiones , non vt proprias , & de quibus possint disponere , sed destinatas ad illorum necessitates , & vsls ex largitione superioris , iuxta constitutiones apostolicas , & regulam præcipitem omnes æqualiter esse mendicantes & paratos ad mendicandum , & in quo omnes conueniunt , & aliquid habere pro necessitatibus , sed dependens ab alterius voluntate , & arbitrio non repugnat paupertati religiose , nec mendicitati , vt bene Rota in dicta Bononien . de Zanis coram Domino meo Bichio , & habere aliquid in communi non præjudicat mendicitati , & paupertati ; imo cūm illa se compati possunt S . Antonin in Summ . par . 4 . tit . 12 . cap . 4 . S . 13 . & S . 14 . & facit extrahag Ioannis XII . quia quorundam de uerb . signif . & declaravit Clem . VIII . in Carmelitis Discalceatis , quod collegia possunt habere bona in communi , & esse mendicantia .

Hinc cessat , quod dicebatur ex LeZan . tom . 2 . cap . 1 . quod concessum monasterio ratione paupertatis , nō potest dici concessum monasterio dūiti , quia collegia nō sunt in hoc casu , dū non habent diuitias proprias .

Præterea etiam, quod Collegia haberent possessiones, ut proprias quod ex-
pressè negatur, quia in contrarium sunt constitutiones, & regula adhuc
posset illas retinere ex dispositione Concilij Ses. 25. cap. 3. de regular. & sic
non esset sublata qualitas mendicantis ab initio constituta, quæ non tol-
litur per priuilegium publicum super eis, permittens habere possessiones. Lap. allegat. 4. num. 4. transcr. in d. cap. confirmat. post num. 2. & nu. 4.
in fin. velig. dom. Felin. in cap. in presentia n. 53. nerf. & predicitis adde Lap.
de probat. Rebuffi loco superius cito.

Nec obstat, quod dicitur exaudierlo societatem renunciasse huiusmodi di-
spositioni concilij, ideoque illa le tueri non possit ad sustinendam mendici-
tatem, quia huiusmodi renuntiatio fuit facta solum quoad domos pro-
fessas, & illarum Ecclesias, non autem quo ad Collegia, ut dicit Barbo. de
Iur. Eccles. lib. I. cap. 43. m. 83. fol. Sanch. super decalog. to. 2. lib. 6. c. 18. n. 11.
Imo quod Collegia vtantur dispositione concilij dicit. Suar. tom. 4. lib. 1.
c. 9. sub nu. 11. fol. 5. 19. & dum virto dicta dispositione concilij, hoc ex-
pressè conuincit ab initio fuisse mendicantes, quia alias dicta dispositio-
ne concilij non vterentur.

Sed tollitur omnis difficultas ex constitutione Pij V. 131. qui procedendo
per viam declarationis dicit præpositum domos personas Collegia esse
mendicantia, omnia enim æqualiter determinat verbum declaramus appo-
situm in fine S. tertij, quod respicit omnia supra mentionata æqualiter
ideoque determinare debet æqualiter iuxta regulam l. iam hoc iure, ff.
de vulg. & rogo ponderari dictum verbum declaramus appositum in fine.
S. 3. nam declarans nihil de novo dat, sed aperit, quod iam erat excutit-
que, ut dici consuevit granum de spica & propterea in constitutione ad-
iecta fuerunt illa verba siue fore, & esse ponderata in alia informatione,
& Papæ attestatio probat etiam in præiudicio tertij, iuxta tunc allegata.

Nec applicantur exempla alias allata de Ecclesia ab initio libera, quæ si fiat
de Iurepatronatus istud semper erit ex priuilegio, prout etiam legitimata
erit legitimus ex priuilegio non autem de sui natura, quia Collegia
ad initio semper fuerunt mendicantia, nec hoc ius habent ex priuilegio,
sed ex sui natura, & constitutionibus, cū sint membra religionis mendican-
tis, quæ à suo capite in hoc substantiali discrepare non debent, ut in no-
stris terminis ratiocinatur Mados. de priu. ad instar. n. 26. & seq. to. 18. f. 135.

Et omnia piædicta corroborantur ex sententia lata in Camera, qua declara-
tum fuit Collegii competere exemptionem à gabellis tanquam mendicantibus, quæ sententia tanquam lata super statu facit ius l. ingenuum ff. de
stat. hom. Achill. dec. 5. de re iud. Rot. dec. 271. n. 2. p. 1. rec. & in Lucas. iurif.
patronatus 26. Iunii 1623. coram bo. me. V. baldo & in Brittinorien. fidei comm.
24. Martii 1642. coram Reuerendiss. D. meo Bichio. Quare &c.

C. A. Caissottus Aduoc.

R. P. D.

CORRADO

Hispalén Decima-
rum.

PRO

Ven. Collegij. Socie-
tatis IESV.

CONTRA

Capitula.

4

Iuris
D. Caiffotti.

R O M A E,
Ex Typographia Reu. Cam.
Apostolicae. 1646.

Superiorum permisso.